



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.  
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ  
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

**Bacon, Francis**

**Francofurti ad Moenvm, 1665**

Operatio super Viscera ad Extrusionem Alimenti. V. Historia.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5**

## HISTORIA.

i. *Vix Viscera illa Principalia (qua Concoctionis  
nisi Fontes sunt) Stomachum, Hepar, Cor,  
Cerebrum, ad Functiones suas probe exercendas confor-  
tant, (unde alimenta in partes distribuantur, Spi-  
ritus sparguntur, atq; inde Reparatio Corporis rotius  
transficitur) à Medicis, atque eorum Descriptis, &  
Consiliis, petenda sunt.*

2. *De Splene, Felle, Renibus, Mesenterio, Iliis &  
Pulmonibus, non loquimur; Sunt enim Membranis  
infrantia Principiaibus; Atq; eum de Sanitate tra-  
ctatur, in Considerationem vel precipuam quandoq;  
veniunt quia patinunt singula suos Morbos, qui nisi  
curentur, etiam in Viscera Principalia incurvant:  
Quatenus vero ad Prolongationem Vitæ, & Repa-  
rationem per Alimenta, & Retardationem Atropo-  
senilis, si Concoctiones & Principalia illa Viscera  
bene se habeant, cateram maxima ex parte ad Votum  
sequuntur.*

3. *Atque ex Medicorum Libris, qui de Quatuor  
Membrorum Principalium Confortatione, & Co-  
modis, sermones faciunt, decerpentia sunt ea unicus-  
que, que pro ratione Status Corporis proprii, in die-  
tam & Regimen Vitæ transferti poterint: Etenim  
Sanitas Medicinis temporalibus plerunque indiget;  
at Diuturnitas Vitæ ex Viæ ratione, & constanti  
medicinarum juventutis serie speranda est: Nos ve-  
ro Panca, eaq; Selecta, & Optima proponemus.*

4. *Stomachum (qui, ut ajunt, est Pater familiæ,  
& eius Robur ad reliquas Concoctiones est Fun-  
damentale) ita munire decet, & confirmare, ut sit  
absq; Intemperie Calidus; deinde Alacritus, non La-  
xus etiam Mundus, non Humorum Fastidiis Op-  
pressus; Et nihilominus (cum ex seipso, potius quam  
ex Venis nutritur) minime prorsus Inanis, aut Je-  
junus, potius Appetitu servandus est; quia Ap-  
petitus Digestionem accit.*

5. *Miramur quomodo illud, Calidum Bibere,  
quod apud Antiquos in usu fuit) in Desuetudinem  
abierit; Novimus certe Medicum admodum celebrem,  
qui in Prandio, & Cœna, Juscum etiam praecali-  
dū avide ingere solebat, & passo post optare ut re-  
gestum esset; Neque enim mihi Juscum opus est, (in-  
quit) sed alio tantum.*

6. *Omnino utile ab initio amarum primam Positionem,  
sive Vini, sive Cervisia, sive Potus alterius, (exi quis  
insuerit) in Cœna semper calidam exhibet.*

7. *Vinum Extinctionis Auri, utile arbitramur se-  
mel in Mensa, Non quod Aurum aliquid Virtutis ad  
hoc largiri credamus, sed quia extinctionem omnem  
Metallicam, in aliquo Liquore, Astrictionem poten-  
ter indere novimus: Aurum autem deligitur, quia  
præter illam, quam optamus) Astrictione, nil aliud  
Metallicæ Impressionis post se relinquit.*

8. *Offas Panis in Vino, media Mensa, utiliores,  
quam ipsum Vinton esse judicamus; prefertim si  
Vino, cui Offa intingatur, Rosmarinus, & Cortex  
Citri fuerint infusi; idq; cum Saccharo, ut tardius  
labatur.*

9. *Usum Cototheonum, ad Stomachi Robur, uti-  
sem esse certum est; Melius tamen adhiberi judica-  
tur.*

544  
mus in Succis depuratis, cum Saccharo (quos Myrræ  
vocant) quam in Carnibus ipsorum; quia Stoma-  
chum nimis gravant. Illa vero Myrræ post Mensam,  
simplices; at ante Mensam, cum Aceto, utilissime  
sumuntur.

10. *Utilia Stomachio sunt præceteris Simplib; Rosmarinus, Enula, Mastiche, Absynthium, Salvia, Menta.*

11. *Pillulas ex Aloë, & Mastiche; & Croco, presertim Temporibus Hymalibus, arte Prandium sumptus probamus; ita tamen, ut Aloë non tantum Succo Rosarum multis vicibus abluta sit, sed etiam in Aceto, (in quo dissolutum fuerit Tragacanthum) & postea in Oleo Amygdalino Dulci & Recenti, ad aliquas horas macerata sit, antequam formetur in Pillulas.*

12. *Vinum aut Cervisia Infusionis Absynthii, tum modico Enula, & Santali Cytrini, recte per vi-  
ces adhibetur, atq; hoc Hyeme possit.*

13. *At Estate, Haustus ex Vino Albo, cum A-  
qua Fragariz diluto, in quo Vino, Pulveres ex quip; Perlarum, & Teffarum Cancrorum Fluvialium,  
& (quod mirum fortasse videatur) parum Crux  
fuerint infusa, Stomachum optimè recreant, & re-  
borat.*

14. *At generaliter, omnis Haustus Matutinus  
(quales frequenter in usu sunt) Refrigerantium,  
(Succorum, Decoctionum, Scri Lacris, Hordetorum,  
& similius) fugienda est; nihilq; prouisum  
mittendum Stomacho jejunio, quod si Frigidum pe-  
rum: Melius exhibebuntur Rebus iusmodi, (sunt  
quis postule) vel Hora quinta post Prandium, vel  
Hora una post lete Jentaculum.*

15. *Jejunia frequentia mala sunt ad Longevita-  
tem, quoniam Situs quecumq; evitanda, & ser-  
vandas Stomachus satis Mundus, sed perpetuo quip; Humidus.*

16. *Oleum Olivarum Recens, & Bonum, in quo  
Mithridati nonnihil dissolutum fuerit, inunctum  
Spina Dorfi, ex adverso Oris Stomachi, Stoma-  
chum mirum in modum confortat.*

17. *Sacculus ex Floccis Carmosinis, infusus in Vino  
Austerum, in quod infusa fuerint Myrtus, & Cor-  
tex Citri, & parum Croci, super Stomachum pa-  
petuo gestari potest, Atq; de Stomachum Confor-  
tantibus hactenus; cum etiam hand panaceis  
qua alius Operationibus inserviant, ad hoc etiam juvit.*

18. *Jeconi, si à Torrefactione, sive Delicatione,  
atq; ab Obstructione, immune servetur, nihil  
opus est: Etenim Exsolutio illa quæ A qualitatate  
nerat, Morbus prossus est; At reliqua duo eis an-  
nectus obrepens inducit.*

19. *Huc pertinent, vel maxime ea, que in Opera-  
tione super Sanguinem, descripta sunt; Iis adiumentu  
panca admodum, sed eletta.*

20. *Precipue in usu sit, Vinum Granatorum Dul-  
cium; aut si illud haberi non possit Succus ipsorum  
recens expressus, manc sumedus, cum aliquanto Sac-  
chari, & immisso in Vitrum (in quo sit Expressio)  
modico Corticis Citri recentis, & Caryophyllis tri-  
bus, aut quatuor integris: Hocq; usurpetura Februar-  
io ad Finem Aprilis.*

21. *In usum adducatur, ante alias omnes Herbas,  
Nasturtium, sed ramen Pubescens, non Vetus us-  
peratur sive Crudum, sive in Jusculis, sive in Pottu; Et  
post hanc Cochlearia.*

22. Aloë

22. Aloë, quocunq; modo abluta, aut correpta, Hepaticæ noxia; itaq; nuncquam familiariter sumenda est. Rhabarbarum contra vitale Hepaticæ, modo tres adhibeantur Cautiones: Primo, ut sumatur ante Cibum, ne defecet nimis, aut Vestigium Stypticitatis relinquat: Secundo, ut materetur ad Horam unam, aut duas, in Oleo Amygdalino recente, cum Aqua Rosacea, antequam alias infundatur, aut detur in Substantia: Tertio, ut vicibus alternè sumatur, alias Implex, alias cum Tartaro, aut parum Salis nigri, ne leviora tantum afficeret, & reddat Massam Humorum magis obstinatam.

23. Vinum, aut Decoctum aliquod chalybeatum, sex aut quater in Anno sumi probò, ad Obstructiones potentiores solvendas; ita tamen ut semper precedat Haustus duorum, aut trium Cochlearium Olei Amygdalini, dulcis & recentis, & sequatur Mous Corporis, præseruum Brachiorum & Hypochondriorum.

24. Liquores dulciorati, idque cum Pinguedine quadam, ad arcendam Arefactionem, & Salfedinem, & Torrefactionem, & deniq; Senilitatem Jecoris, præcipue & plurimum possunt: præscriptum si per Verstatem bene incorporentur. Tales fiant ex Fructibus, & Radicibus dulcibus; Scilicet Vina & Potus ex Uvis passis recentibus, Jujubis, Carycis, Daçylis, Pastinacis, Bulbis sive Potidis, & hujusmodi, cum admixtione Lycoritæ quandoq; Etia Potus, ex grana Indicis (qua Maya vocant) cum Mixtura Dulcium, plurimum confert. Norandum est autem, Intensionem Præservationis Jecoris in Mollie quadam, & Pinguedine, longe potenterem esse illa altera, qua pertinet ad Apertitionem Jecoris, que potius innuit ad Sanitatem, quam ad Diuturnitatem vita; nisi quod Obluctatio ea, que inducit Torrefactionem, eque malitiosa est, ac alia Arefactiones.

25. Radices Cichoreæ, Spinachia, Beta, & Medullæ purgatae, atq; ad Teneritudinem collas in Aquæ, cum tercia parte Vini Albi, pro Condimentis Familiaribus cum Oleo, & Accio, laudo: Etiam Gemmas, sive Caules Asparagi, Pulpas Atriplicis, & Radices Bardanæ, debite modis elixas, & conditas; & Juscula (tempore Veris) ex Polis pubescentibus Vitium, & herba viridi Tritici. Atque de Jecore muniendo battens.

26. Cor juvamentum suscipit maxime, atq; Documentum ex Aere, quem spiramus; ex vaporibus; atq; ex Affectibus; atq; complura ex iis, quæ de Spiritibus, supra dicta sunt, huc transferri possunt: Indigesta autem Moles Cordialium apud Medicos, ad Intentionem nostram parum valet: Attamen, quæ Venenorum Maligkeitat occurvare deprehenduntur, ea demum ad munendas Cordis vives, sano cum Iudicio, adhiberi possunt, præsertim si sint ex eo genere, quod non tam propriam Venenam Naturam frangat, quam Cor & Spiritus in Venenum insurgere faciat: Atque de Cordialibus consule Tabulam superius possumus.

27. Aeris Bonitas in Locis, Experiencia potius dignoscitur, quam Signis. Opumam judicamus Aerem spirare in Locis Äquis, & Planis, atq; ex omni parte Perflatibus; Si fuerit Terra Sicca, neq; tamè prorsus Arida, aut Arenosa; Quæq; emitat Serpulum, & Amaraci genus, & hinc inde caules Mente Campestris; Quæq; sit non prorsus Rosa, sed Arboribus nonnullis (ad umbram) sparsim consita; Atq; ubi

Rosa Rubi spirat aliquid Muscatellum, & Aromaticum: Flumina si adfint, nocere potius arbitramur nisi fuerint Exigua admodum, & limpida, & glareosa.

28. Aerem Matutinum certum est Vespertino esse magis Vitalis, licet ad Delicias alter magis ametur.

29. Aerem à Vento agitatum paulo leniore, Aer Cœli Screni feliciorem esse arbitramur: Optimus autem est Zephyrus Matutinus, & Boreas Postmeridianus.

30. Odores ad Confortationem Cordis præcipue uiles sunt; Neque tamen ac si Odor bonus, esset Aceris boni Prærogativa. Certum enim est, quemadmodum inveniuntur Aceres prorsus Pestilentes, qui non tantum fecent, quantum aliud minus noxiæ; similiter inveniri è contra Aères saluberrimos, & Spiritibus amicissimos, qui aut prorsus sint inodori, aut ad sensum minus Grati & Fragrantes. Atq; omnino, ubi digitur in Aere bono, Odores per vices tantum repeti debent: Odor enim Continuus (licet optimus) Spiritus nonnulli onerat.

31. Laudamus autem omnes alios, (ut etiam superius innotimus) Odor ex Plantis Vegetantibus, & non Avulis, in Acre aperto exceptis; quales sunt ex Violis, Floribus Caryophilli (nam Majoris quam Minoris) Floribus Fabarum, Floribus Tiliae, Floribus sive Pluviculae Vitium, Floribus Madre selve, Floribus Parietata luteæ; Rosa Muscatella (nam exter Rosa germinantes parce emittunt Odores, præcipue inuenit Vere, )Mentha Campestris, Lavendula Florente arg. in Regionibus Calidioribus, Malo Arantio, Cytrio, Myrto, Lauro: Itaque Ambulatio, aut Scissio inter hujusmodi Auras, in Usu esse debet:

32. Ad Cordis juvamentum, Odores Refrigerantes Calidioribus anteponimus; Suffitus itaque Matutinus, aut sub Calores Meridici optimus fuerit, ex aquis Portionibus Aceti, Aquæ Rosacea, & Vini Generosi, super Laminam Ferri quasi cundeniensis forsum.

33. Neq; vero Matri Telluri libare nos quis existimet, si præcipiamus inter Fodiendum, aut Terram vertendam, vinum Generosum super-infundi.

34. Aquam è Floribus Arantiorum bonam, cum modica Parte Aquæ Rosacea, & Vini Fragrantis, etiam per Nares atrahit, aut per Syringam Errhini more immitti, (sed rariss.) bonum est.

35. At Masticatio (quamvis non habeamus Betel) & Detentio in Ore coru que Spiritus sovent, (licet assidua) utilis admodum est. Fiant itaque Grana, aut pusilli Pastillæ ex Ambra, & Musco, & Ligno Aloes, & Ligno Rhodio, & Radice Iridis, & Rosa, atque formentur illa Grana aut Pastillæ per Aquam Rosaciam, que per paululum Balsami Indi transierit.

36. Vapores vero, qui ex Rebus intro sumptis, Cor muniunt, & sovent, hec tria habere debent; ut sint Amici, Clari, & Refrigerantes, Caliditas enim Vaporum, mala; Atque ipsum Vinum, quod putatur habere vaporem, solument calafacientem, non expers prorsus Qualitatii Opiatæ. Claros autem Vapores vocamus eos, qui plus habent ex Vapore, quam ex Exhalatione, neque sunt omnino Fulvi, aut Fuliginosi, aut Unctuosi, sed Humidi, & Äquales.

## O P E R A T I O

Super partes exteriores ad Attractionem Alimenti.

VI.

## HISTORIA.

**L**icit Concoction bona, per Partes Interiores facta, primas Partes ad probam Alimentationem teneat; tamen concurrere etiam debent Actiones Partium Exteriorum; ut sicut Facultas interior Alimentum emitit, & extrahit; ita Facultas Partium Exteriorum idem arripiatur, & attrahatur; Quaque imbecillior fuerit Facultas Concoctionis, eo magis opus est Auxilio concurrente Facultatis Attractive.

2. Attractione valida Partium Exteriorum, exicitur praeceps per Motum Corporis, per quam Partes calefacta, & confortata, Alimentum ad se alacrius vocant & attrahunt.

3. Illud vero maxime cavendum, & prohibendum; Ne idem Motus, & Calor, qui ad Membra Novum Succum evocat, Membrum simile succo, quo appetitus fusus erat, sumum excolvit.

4. Fricationes huic Intentioni optime subserviunt, facte & praeceps Mane; sed hoc perpetuo comiteatur, ut post Fricationem, fiat levius Inunctione cum Oleo, n Attritio Partium Exteriorum, eas per Perspiracionem reddat effatas.

5. Proxima est Exercitatio, per quam Partes ipsae confricant, & concutunt, modo sit Moderata, & qua (ut superior notatum est) nec sit Celeris, nec ad Ultimas Vires, nec ad Lassitudinem; Verum in his ipsis, atque Fricatione, eadem est ratio, & Cautio; Nisi corpus nimium perspiret; Itaq; Exercitatio melior est sub Dio, quam sub Tecto, & Hyeme quam Estate; Atq; in super Exercitatio Inunctione non tantum claudi debet, ut Fricatio; sed etiam in Exercitationibus vehementioribus, adhibenda est Unctio & in Principio, & sub finem, more Athletarum.

6. Ad Exercitationem, ut quam minimam aut Spiritus, aut Succos exolvet, utile est, ut usurpetur Stomachus non prorsus jejunio. Itaque Exercitatio, nec Stomachus replete (quod plurimum inter est Sanitatis) nec Jejunio (quod non minus inter est Longitudinis vitae) usurpetur; in ipsis adducatur debet Jentaculum Mane, non ex Medicamentis, aut Haustibus Matutinis, aut Uvis passis, aut Ficibus, aut hujusmodi; sed plane ex Cibo, & Potu, at Levi admodum, & Modica Quantitate.

Exercitationes ad Irrigationem Membrorum, debent esse Membris omnibus quasi aequalis; non ut (quemadmodum ait Socrates) Tibie movent, Brachia quiescant, nec contra; sed ut Partes universae ex Motu participant; atque omnino ad vitam prodest, ut Corpus nunquam diu in eadem Possumus permaneat; sed singulis Semi-horis, adminus, Possumus mutari, praterquam in Somno.

8. Quae ad Mortificationem usurpatur, ad Vivificationem traduci possunt; Nam & Indusia scotos, & Flagellationes, & omnis Exteriorum Vexatio, Vim eorum Attractionem roborat.

9. Urticationem commendat Cardanus, etiam ad Melancholiam; verum de hac parum nobis copiatur est; Et suspechta nobis est illa, ne propter Venenatam nonnullam Qualitatem Urticæ, Serpiginis usus frequenti

37. Inter turbam iniuritem Cordialium, pauca ad Dietam in uso esse debent; Loco omnium Ambra-grisia, & Crocus, & Granum Kermes, ex Calidioribus. Atque Radices Buglossi, & Boraginis, atque Mala Cytria, & Limones dulces, & Poma Fragrantia, ex Frigidioribus. Etiam (quod diximus) modo, & Aurum, & Margarita, non tantum intra Venas, sed etiam in Transitu, & circa Precordia aliquid possunt, per Refrigerium solicer abesse aliquam noxia Qualitate.

38. De Lapis Bezoar, ob multas Probationes, Virtus ejus fidem non prorsus derogamus; Sed omnino Modus ejus suspicionis talis esse debet, ut facilissime Virtus ejus communicetur Spiritibus. Itaque nec in Juleulis, nec in Syrupis, nec in Aqua Rosacea, aut hujusmodi, Usus ejus probamus; sed tantum in Vino aut Aqua Cynamomi, aut hujusmodi Distillato, sed Tenui, ani Calido aut Forti.

39. De Affectibus jam superius inquisitum est; Illud tantum adjicimus, omne Desiderium magnū, & constans, & (ut loquuntur) Heroicum, Cordis hactenus.

40. Ad Cerebrum quod attinet (ubi Cathedra, & Universitas spirituum Animalium resedit) que superius inquisita sunt de Opio & Nitro, & Subordinatis adipiscit, & de Conciliatione Somni placidi, etiam hic aliquatenus spectant. Illud quoque certum, Cerebrum tanquam in Tutela Stomachi esse; ideoque qua Stomachum confortant, & muniunt, Cerebrum per Consensum juvant, atque hic similiter transferri debent. Adjicimus pauca, tria Externa, Interna unum.

41. Balneationem Pedum omnino in uso esse volumus, ad minus, semel in Septimana Balneumque fieri ex Lixivio, cum Sale nigro, & Salvia Camomilla, Foeniculo, Sampuscho, & Costo, cum Folii Anglica Viridis.

42. Suffitum laudamus etiam Quotidianum, Mane, ex Roremario arido Ramulis Lauri fiscis, & Ligno Aloës; nam Gummi suavia Caput gravat.

43. Cavendum prorsus, ne Capiti per Extremus admoveantur Calida, qualia sunt Aromata, non excepta Nuce Muscatia; Etenim Calida illa ad Plantas pedum precipitamus, ibique solum applicari volumus Unctionem vero Capitis levem ex Oleo, cum Rosa, & Myrto, & pauco Salis, & Croci, laudamus.

44. Memores eorum, qua de Opiatis, & Nitro, & Similibus, ante proposuerimus, qua Spiritus sancto tempore densant, non existimamus ab ore fore, si semel Diebus quatuordecim accipiantur, in Brodo Matutino, Grana rria, vel quatuor Castori, cum modico Seminis Angelicae, & Calami Aromatici; qua & ipsa Cerebrum roborant, & in Densitate Substantie Spirituum, (qua ad vitam Longevitatem necessaria est) Motus vivacitatem, & vigorem excitant.

45. In Confortatibus quatuor Viscerum Principalium ea propositum, qua & Propria sunt ari, Effecta, atq; in Dietam, & Regimen vitae transferri, suo & commode possunt: Varietas enim Medicamentorum ignorantia Filia est; neque Multa Ferula (quod ait) tam multos Morbos fecere, quam multa Medicamenta paucas Curas. Atque de Operatione super Viscera principalia, ad Extrusionem Alimenti, hinc inquisita sunt.